

§. V. In aliquot AVSTRIACI Archiducatus feuda Ludouicum Bauarum Imperatorem Norimbergensibus Burggrauis iura fecisse, Boicorum annalium fide constat.

Verba Auentini sunt: *proceres Austriaci* (in bello cum Friderico Imperatore) *Friderico urbis Norimbergae addicuntur, qui seruari & vita donati, sese in clientelam seruitutemque perpetuo Norimbergensi praesidi dicarunt, adeo, ut etiam in verba eius iurent.* (\*)

§. VI. Magnum olim in SAXONIAE Electoratum Iobannis Alchymistae postulatum fuisse, supra attigimus. Qui, si non ob aliam causam, quam ne pater & filius Electores fierent, nuntium an. 1424. huic iuri dedit; publicae eum tranquillitatis, quam commodi domus suae maiorem rationem habuisse, extra dubitationem est.

*Certe Wittebergam, metropolin Electoratus, iam in possessione eundem habuisse, scimus. Et precibus magis, quam imperio Caesaris locus esse relictus videtur. Aliud enim est, feminam Electoratum regere: aliud Electoratum per feminam ad masculos transferri. Bodini similis explicatio in Galliae regno masculino.*

§. VII. In VNIVERSAM CLIVIAE HEREDITATEM, a nobis in proximo capite descriptam.

*Fundamentum postulati supra ostensum. Argumentorum summae erant: (1) ius primogeniturae filiae primogenitae, masculis extinctis, successionem deferebat; (\*\*)* (2) possessio a Iob. Sigism.

(\*) Qua Mindensi principi quondam in Schaumburgensem comitatum an. 1645. acerrimae lites fuerunt: sed illas composuit pax Westphalica.

*Scripta collegi in volumine rerum Schaumburgensium.*

*Alia enim edidit comitissa: alia iterum ab episcopo.*

(\*\*) Intuitu successionis, extincta vna linea in Franconiae partibus, Bareuth & Anspach, an sibi inuicem succedant; an vero simul ius recidat ad primogenitam lineam regiam & electoralem? pro Franconiae principibus fundamentum esse videtur die nähere gesamte Hand bey den Kayserl. Beleihungen, & quod electoralis acquiescat mit weiteren Hand. Sed crediderim: respiri hic ad vnionem prouinciae; necququam ad successionem.